

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Minerva, sive de causis latinae linguae commentarius

Sánchez, Francisco

Schoppe, Caspar

Perizonius, Jacobus

Franequera, 1687

De variis aliis praepositionibus

[urn:nbn:de:bsz:31-109138](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-109138)

1. bura verbo curabis reddere fidus Interpres. Ubi
 2. subauditur pro: dicit enim Cicero, Verbum
 3. pro verbo reddere.]

De verbis copia, & inopia.

IN verbis copiae, & inopiae, causa cernitur *A*, vel
 tur velut efficiens, ideo deest à, vel de. *De.*

Cæsar 3 Civil. Hæc à custodibus classum loca
 maxime vacabant. Cicero 5. Attic. Locus à frum-
 mento copiosus: idem pro Flacc. Usque ro orba fuit
 ab optimatibus illa concio: idem pro domo; *A*
 magistratibus nuda Resp. ibid. Ab amicis inops:
 idem in Officiis; Adhibenda est vacuitas ab an-
 goribus: idem pro Deiot. Sed tamen quicquid à
 bello Populi Ro. vacabat. Livius; Ne quando à me-
 tu, ac periculis vacarent. Virgil. Culice; Viduus à
 lumine Phæbi Sallust. Catil. Omnes qui de reb. du-
 biis consultant, ab odio, amicitia, ira, misericordia
 vacuus esse decet. Cic. De quibus volumina impleta
 sunt: idem; De nugis referti libri Martial. Hos
 nisi de sterva loculos implere moneta, Non decet. Di-
 citur; Sanguis manat à vulnere, vel de vulnere.
 Itaque, Egeo pecuniis, est, Egeo egestatem à
 pecuniis, hoc est, à parte pecuniarum. Te-
 nus subauditur in, Fine inguinum intrare in
 mare. Hac fine ames, tanquam osurus. Vide
 Finis.]

De variis aliis prepositionibus.

QUUM Modum significamus, varias *Cum, in,*
 prepositiones aut apponimus, aut in- *de, ex.*
 telligimus; ut, lento gradu; longa veste;
 hac lege, ordine: vel, cum lento gradu; cum longa
 veste; sub hac lege, & conditione; ex ordine, vel

K k

in

in ordin. Terent. Eunuuch. Pace quod fiat tua; subaudi cum, teste Donato. Lucanus lib. i. Aut hic errat nulla cum lege mundus. Sallust. de Repub. Multi præterea cum bona spe adolescentes, sicuti hostiæ, mactati sunt. „[Cæcil. Quid narras „barbare cum indomitis moribus? Ennius; Optima „cum pulcris animis Romana iuventus. Plaut. Poen. „Cognosco cum quibus ingenius finus: idem Trin. „Amicus probus, & cum magna fide: & Rud. „Cum istiusmodi virtutibus, & operis qui natus sit. „Claudius Quadrigarius in Annal. Silentio factus, cum voce maxima inclamat.] Plaur. Menech. Magna cum cura ego illum curari volo. Cicero de Senect. Neque vero in armis præstantior, quam in toga. Virgil. Horridus in jaculis: idem; Cæsis prius de more iuvenis: idem; Cunctis ex more vocatis: „[idem; Pugnatique in ordine „bella fecerat. Cicero; Collocare aliquid ex ordine; Sententia ex ordine dicta: Si in ordine stantes notos videris. Plaut. Rud. Responde ex ordine.]

Per, vel ante, vel in. In tempore, si sit accusativus, deest Per, ante, vel in. Centum vixit annos: Quarto Calendas. Cic. Hunc per decem annos aluimus contra nos., [In Priapejis; Per noctes aliquot, diesque cesso. „Propert. Furabo bis sex integer esse dies, pro, „per dies. Ab hinc tres annos, subaudi ante; „Ab hinc tribus annis, subaudi in.] Hæc docet Priscianus lib. 18. Fallitur igitur Erasmus in copia Rer. & Ver. cap. 150. Horat. Quod in unum vivat, & plures: idem 2. epist. Sed in lingua tamen ævum Manserunt. „[Plaut. Bacchid. Meretricem sibi conduxit hunc annum.]

Ad, vel Circa. „In accusativo temporis, deest etiam Ad, „vel Circa. Plaut. Amph. Qui hoc noctis solus „ann-

ambulem, pro, circa hoc tempus noctis:
 „ idem Afin. Ad hoc aiei tempus dormitasti in otio:
 „ non pudet hominem id etatis sycophantias struere:
 „ pro quo alias dicit, Homo ista etate. Cicero;
 „ Venit ad me id temporis, ut retinendus esset: Ve-
 „ nias ad id tempus, quod scribis: Ad breve tempus
 „ durare.]

Si tempus sit in sexto casu, deest In, vel In, vel
 De; ut, tribus annis; hora prima. Cic. in Topic. De.
 Si filius natus esset in decem mensibus. Cæsar; De
 tertia vigilia. Terent. Andr. In diebus paucis qui-
 bus hæc acta sunt, „ [Chrysis moritur, id est, post
 „ dies paucos. Propert. Venturum paucis me tibi
 „ luciferis, pro, in paucis diebus, hoc est,
 „ post paucos dies, vel potius, Cis paucos dies,
 „ ut Plautus loqui solet; cujus etiam sunt ista
 „ ut Poenul. Aruspece dixit nos paucis diebus fore libe-
 „ ras: & Pseud. In hoc triduo evolvam tibi hoc
 „ argentum: & Trucul. Ego faxo me in diebus
 „ pauculis crudum virum esse dicat.]

In Distantia, si sit accusativus, deest Per, Per, vel
 vel Ad; ut, sex pedes altus; patet ulnas quatuor. Ad.
 Lactant. de Phoenice; Per bis sex ulnas eminet ille
 locus. Varro lib. 3. cap. 5. Rust. Est lapis à fa-
 lere pedem, & adrantem altus, ipsum falere ad duo
 pedes altum à stagno, latum ad quinque.

Si Excessus, vel Modus sit in sexto casu, In,
 deest In; ut, paulò majora canamus. Cicero
 4. Acad. Democritus huic in hoc similis, urberior in
 cæteris: idem pro Balbo; In quo erat accusatoria
 interpretatio indigna responsione.

„ [Vocare aliquem nomine, subaudi Ex. Plaut. Ex.
 „ Stich. act. I. sc. 3. Nam Miccotrogus nomine ex
 „ vero vocor.]

Afficio te honore; prosequor te odio; subaudi Cum.
 Cum. Livius lib. 9. dec. 4. Prosecuti cum donis

legatos sunt: idem lib. 2. dec. 1. Decedentem domum, cum favore ac laudibus prosecuti sunt. Cic. Q. Frat. lib. 2. Publicani Domitium cum equis prosecuti sunt. Plinius epist. 159. Mentionem alicujus cum honore summo prosequi. „[Diety's libro 3. „Non ejecistis, non cum detestatoribus extra muros „prosecuti estis.]

In. Ibam via sacra, subaudi *In*. Cicero 2. Tusc. Qui miser in campis marens errabat Ales. Terent. Eunuch. Haud convenit una ire cum amica imperatorem in via: idem Heaut. Qui nuper fecit seruo currenti in via deesse populum. Virg. Et victus dominabitur Argus, subaudi *in* Argis. Lucan 1. Rarus & antiquus habitator in uribus errat.

A, vel *Ab*, vel *horres frigore*. „[Plaut. Cas. Mihi inanitate infima murmurant. Catull. Corpora cornu siciora „sole, frigore, & esuritione. Liv. 10. *Ab* ultima „spe dimicantes: & lib. 7. Linguam ab irrisu exstrens. Plaut. Capt. Satis dolui ex animo: & Cist. „Doleo ab animo, doleo ab oculis, doleo ab agritudine.] Cic. Acad. Mare nunc, quia à sole collucet, albescit, & vibrat. Ovid. 1. Metam. Pluviaque madescit ab Austro: ibid. Postquam vetus humor ab igne percaluit solis: idem 2. Fast. Sed tamen à vento, qui fuit, unda tumet. Silius lib. 6. Lenta proclamat ab ira. Sic horreo à frigore. Apulejus lib. 4. Metamorph. Sed à gloria non perivit. Terent. Andr. Laborat e dolore.

Ab. Terent. Stulto intelligens quid interest, id est, ab stulto. Cicero; Negant à falsis interesse visa. „[Paulus Jurisc. leg. 21. ff. quando dies legat. „cedat; Nec multum interesse tale legatum ab hoc, „si heres erit, dabo: & leg. 4. §. penult. ff. de „doli except. Distat ali quid doli exceptione.] Horatius; Absit virtute disertis Messala, id est, à vir-

virtute. Ovid. 4. Trist. eleg. 1. *Imus ad insignes urbis ab arte viros.* Cic. lib. 12. epist. 1. *Ab illo sordidissimo periculo tuti futuri.* Plaut. Truc. *Ab ingenio est improbus.* Terent. Phorm. *Ociosum ab animo.* Sic dicimus; *Virtute præditus, subaudito ab, vel cum.*

Movere hominum facis; amicorum consilio feci; Mea sententia; meo iudicio, supple de. Cicero; *De amicorum sententia Roscius Romam confugit: idem; idque de meo consilio: idem Attic. Nihil faciam, nisi de sententia tua: idem; Flere de morte alicujus.* Plaut. Capt. *Rem de compacto geri: idem Menech. Fube te piari de mea pecunia: idem Epid. Quibus de signis agnoscebas.* „[Virg. Composito rumpit vocem, subaudi de.

„Virgilius; *Me discedere sivit, subaudi ob, Ob, vel vel propter.* Plautus; *Mæstus est, se has ædes propter, vendidisti. Egrotus est te videre.* Terentius; „*Desine Deos obtulere gratulando, inventam esse gnati, tam tuam, id est, propter inventionem filiiæ.* Livius 29. *Civitatem religio irruisse propter crebrius eo anno de calo lapidatum, subaudi esse.]*

Adverbiorum & conjunctionum Ellipsis.

Æ *Quæ in comparationibus parium subauditur: Plaut. Bacchid. Quem amicum ratus sum, atque ipse sum mihi: &* „Petf. *Tu meum ingenium fans non ducisti, atque infans.* Catull. *Cur non pistrino traditur atque asinus? pro, æquæ atque, aut, sicut asinus.* „In Priapeis; *Quæ succo caret, atque petra pumex, id est, sicut pumex, instar, pumicis.* „Lucil. *Calidissima, & olerum bene plena atque anseris collis, idem; An ego te equam atque animo-*

K k 3

„sam;

Æquæ.

„*sam, Theſſalam, & indomitam, frenis ſubigamque*
 „*domemque?* pro, ſicut equam animoſam. Pri-
 „*ſcianus lib. 18. teſtatur, Latine dici, Facio,*
 „*atque feci ante, pro, ſicut feci ante.]*

An, vel Terentius; *Melius, pejus, proſit, obſit, nihil*
vident, niſi quod lubet, ſubaudi an, ne, vel. Pli-
nius; Studes? an piſcaris? an ſimul omnia? pro,
ſtudeſne?

Aut, vel *Velis, nolis; ſcias, neſcias, ſubaudi aut, ſeu*
ſeu. Cic. quatuor, ad ſummum quinque ſunt inven-
ti, qui Milonis cauſam non probarent.

Enim, vel Terentius; *Hec quum illi Micio dico, tibi dico,*
Nam, vel *tu illum corrumpi ſinis, pro, tu enim. Virgil.*
Quia. Nec ſum adeo informis, nuper me in litore vidi: idem;
Alba liſuſtra cadunt, pro, Quia.

Et, vel *Hac, illac; extra, intra; æqui boni; optimus*
Atque. maximus; uti frui; dare legare; ſubaudi &. Vide
Adrian. Card.

Etiam. Non ſolum elegans, ſed facetus, ſubaudi etiam.
Vide, Non.

Igitur, Ovid. Hunc quoque ſiderea qui temperat omnia
vel Ergo. luce Cepit amor Solem, Solis referamus amores, id
eſt, Solis igitur. Terent. Hac non ſucceſſit, alia
aggrediemur via.

Ita. Faciam ut jubes, ſubaudi ita, vel ſic. Horat.
Ut tu Fortunam, ſic nos te Ceſe ſeremus. Plautus;
Ut velis eſſe me, ita ero.

Hic acriter advertendum eſt, non poſſe in
 oratione poni *ita, vel ſic*, quin continuo ſub-
 audiatur *ut, vel uti*: nec item poſſe poni *ut*,
 cui non reſpondeat *ita, vel ſic*. Virgilius
 4. Georg. *Ut binæ regum facies, ita corpora gentis.*
 In illis porro tritis; *Ita Neptuno viſum eſt; Sic*
viſum Supernis; Sic fatur; Ita fatur; etiam deest
ut, quaſi dicas; Ita fatur, ut diximus, aut
dicemus. Item quum precamur; Sic tibi ſit fe-
lis

„potuit imitari: ubi subauditur, neque quisquam
„alius. Vide, Vel.]

Non. Post *Non modo*, *Non solum*, *Non tantum*, dum
Oratio dubia non fit, deest *Non*, ut si dicas;
† *Alexander non modo parcus, sed etiam fuit liberalis*,
id

* *Alexander non modo &c.*] Valde tamen ego dubitem
de sinceritate istius locutionis seu Ellipseos, in qua post
Non modo sequitur affirmativa, seu *sed etiam*. Nam huic
quidem nulla subest ratio, quæ abunde adest, quum se-
quitur negativa, *sed ne*. Etenim quum dicitur, *ista non*
modo homines, sed ne pecudes quidem ipsæ passuræ videntur,
vò Ne exponi seu dividi debet in *Etiam non*, & vò *Non*
referri ad verbum ipsum *videntur*. Jam vero sicuti, si
affirmando dicam, *Ista non modo pecudes, sed etiam homi-*
nes videntur passuri, eorum in constructione & exposi-
tione, verbum illud *videntur passuri* quali bis positum
haberi debet. Sic negando, *Ista non modo homines, sed*
ne pecudes quidem, vel, quod idem est, *sed etiam pecudes*
non videntur passuræ, bis illic quoque positum censetur
Verbum cum sua negante particula; atque adeo in prio-
re parte intelligitur, ut per Ellipsin omissum, non tan-
tum *Non*, sed integrum illud *Non videntur passuri*. Ma-
nifesta sic est hujus Ellipseos ratio. At quam mihi dabis,
ut in priore parte intelligam non modo Verbum, quod
in posteriore exprimitur, sed etiam negationem una cum
Verbo, quæ tamen istic nulla conspicietur, nec ex natu-
ra vocabulorum, aut locutionis hujus recte potest peti.
Adferuntur tamen exempla tum hic à Sanctio, tum à
Mureto in Variis. At ego vero illa, cum sint paucissima re-
spectu aliorum, nullus dubio vel corrupte edi, vel per-
peram citari, vel male explicari. Varronis locus haud
dubie corruptus est, desideratque voculam *Non*. Quæ
Muretus adfert ex Cicrone de Officiis, alterum ex lib.
II cap 13, alterum ex lib III c. 8. aliter hodie, cer-
te in ed. Græci eduntur; scilicet ut Negatio in priore
parte bis exprimitur. Dno alia loca, quæ hujus generis
sola supersunt, perperam exposuit. Veluti Catil. 1. *Nihil*
agis, ubi militis, nihil civitas, quod ego non modo au-
diam, sed etiam video. Sensus esse debet, si sic legatur:
quæ tu in secreto agis, ea non modo scio, ut audita,
ac ab aliis relata, & ita quodammodo adhuc incerta,
sciri solent, sed etiam adeo cito & certo rescisco, qua-
si præ-

id est, non modo non parcus. Cicero i. Catil. *Ut jam ista non modo homines, sed ne pecudes quidem mihi passuræ videantur: ibidem; Sed ita ut non modo civitas, sed ne vicini quidem proximi sentiant: idem Orat. Nam si, ut in epularum*

K k 5 rum

si præsens interesset & viderem omnia. Minus utique est audire res ab alio gestas, quam præsentem videre eas, & idcirco recte in his per *non modo, sed etiam*, procedit Auctor. Sed tamen & hic rectius *non* Non repetitur non modo ante *Andiam*, sed & *Vidam* tum in ed. Gruteri, tum in Vet. libb. Cujacii, Observ. XII. 32. Et certe utrobisque eodem modo vel abesse vel adesse debet. Alter locus est ex orat. pro Cælio: *Hæc genera virtutum non solum in moribus nostris, sed vix jam in libris reperiuntur.* Non inspexi locum, quia verba per se mihi patent aliter interpretanda; Scilicet ut in Negativis locutionibus. Resolvenda enim & hic est significatio *non vix* in *pene non*, æque ac *sed ne*, quum sequitur, in *sed etiam non*; & sicuti sæpe, alias faciendum esse constat inter Eruditos, maxime vero in Negativa ejusmodi sententia; Ut exempli gr. *Negat* in expositione & constructione accipiendum sit, tanquam si scriptum esset, *Non dicit*, vel *dicit non esse*. Auct. ad Heren. IV. 20. *Negat se accedere posse, nec edificare etiam nunc audere.* Suet. Claud. 15. *Negat cognitionis rem, sed ordinarii juris esse.* Clarum hæc exponi non posse, nisi ut resolvantur negationem complectentia vocabula, ut ita non integra eorum significatio, sed dimidia pars ad alterum quoque membrum possit referri. Sic igitur & in Ciceronis loco pars significationis *non vix* quæ est *Non*, conjungenda cum ipso Verbo, & ita cum isto Verbo intelligenda in priore istius loci membro, quasi dixisset, *non solum in moribus nostris non reperiuntur, sed ferme jam in libris non reperiuntur.* Restat locus ab Auctore nostro allatus ex Ciceronis Oratore. Is vero perperam simul exponitur & describitur. Commendat istic Cicero parcimoniam Oratori in adhibendis figuris, sed ita, ut tamen permittat & commendat simul delectum. Proinde ait: *Nam sicut in epularum apparatu à magnificentia recedens non se parcum solum, sed etiam elegantem videre vult; et iter, quibus utatur. Nempe Oratorem à tumore recedentem vult Cicero non solum, nec simpliciter esse parcum in figuris, sed etiam & vel maxime elegantem, seu eligere, quibus utatur. plane sicuti qui à magnificentia in epulis apparandis recedit, non id simpliciter agit, ut parcus, sed etiam & inprimis, ut ele agans videatur.*

rum apparatu, non se parvum solum, sed etiam elegantem videri vult: lib. 10. Attic. epist. 7. Regnum non modo Romano homini, sed ne Persæ quidem cuiquam tolerabile: idem in Orator. Neque solum in scientiam meam, sed ne verum quidem magnitudinem perspicit: & I. Tusc. Mortuorum non modo vita commodis, sed ne vita quidem ipsa quisquam caret. Varro lib. 8. ling. Lat. Dicam de universa analogia, cur non modo videatur esse reprehendenda, sed etiam cur in usu quodammodo sequenda. Latius hæc Muretus libro 10. cap. 7. variarum. Accipe rursus testimonia integræ locutionis. Cicero de Senect. Quia non modo vituperatio nulla, sed etiam summa laus senectutis est: ibid. Nec solum non molesta, sed etiam jucunda: ibidem; Sed videtis, ut senectus non modo languida, atque iners non sit, verum etiam operosa, & semper agens aliquid, & moliens: idem pro Cœl. In quo non modo crimen non hærebat, sed vix diserti adolescentis cohærebat oratio: idem pro Dejot. Non modo tibi non succenset, verum omnem tranquillitatem, &c. idem 2. Philip. ut non modo non cohærentia inter se diceres, sed maxime disjuncta atque contraria. Nec tibi ego auctor sum, ut semper post, non modo, non solum, non tantum, suppleas negationem: nam sensu integro poteris dicere; Non solum dives est, sed etiam doctus. Cicero pro Planc. Manlium non solum ignobilem, verum sine virtute, sine ingenio. Hæc verius, quam Valla lib. 3. cap. 27.

Non solum. Quintil. Quam Ciceroni dormire interim Demosthenis oratio, verum etiam Homerus ipse videatur, subaudi non solum. Cic. Urget illo quidem & Philotimus, & Cincius, sed etiam ipse crebro interviso.

Olim. Horat. in arte; Tibia, non ut nunc orichalco vin-

Est.

Ea, tubaque emula, sed, &c. id est, Tibia olim non erat ut nunc.

Livius; *Quadringentesimo anno, quam Urbs Roma condita erat, * id est, postquam: „[idem; „Is duodecimo die quam conscenderat navem, Phalaram tenuit:] idem; Anno tricesimo altero quam Roma condita erat: idem; Altera die quam à Brundisio solvit. Cicero Terent. Postridie intellexi, quam à vobis discessi.*

Sæpè deest † particula Prius, ante vocem Quam. Terent. Eunuch. *Omnia experiri, quam armis sapientem decet: sed ibi legitur nunc; Omnia prius. Plaut. Amphit. Gravidam ego illam hic reliqui, quam abeo. Ita legit Janus Gulielmus in quæst. idem Plaut. Trinumm. Confit cito, quam si tu objicias formicis papaverem. Vide, Magis.*

Terent. Adelph. *Plus quingentos colaphos interfregit mihi, id est, plus quam. Varro Rust. Non minores oportet iniri bimas, ut trime pariant, id est, quam bimas: idem; Videndum ne sint minores trime, majores decem amorum: „[idem „2. Rust. in fine; Non minus habemus in centenas „oves hirtas, singulos homines; in pellitas, binos; „pro „non minus quam singulos, quam bino, nos.] Terent. Eunuch. *Accede ad ignem hunc, jam calefces plus satis, id est, plus quam satis sit.**

* *Id est, postquam] Vel plenius, post illam horam, ad quam. Vide supra pag. 151. Sed & aliquando, licet rarius, omittitur similiter Ante. Plaut. Men. prol. v. 62. *Eum heredem fecit, quam ipse diem obiit, h. e. ante illam horam, ad quam diem obiit. Adde seq. paragraphi exempla, præter ultimam.**

† *Particula prius] Vel potius. Plaut. Men. V. 1. 26. *Quis vidua vivam, quam tuos mores perferam. Gell. Noct. Att. II. 7. Declinanda sensim, quam respicienda. Deest aliquando etiam Aliter. Suet. Galb. 8. *Nunquam iter ingressus, quam ut secum ferret.***

Post.

Prius.

Quam.

UE

ut notat Quintil. quamvis Donato videatur pleonasmus: idem ibid. *Plus milles audivi.* Plin. lib. 10. *Plus vicenaquima ova incubanda subijci vetant.* Livius; *Capta amplius duo milia hominum,* minus duo milia circa muros caesa. Cicero pro Rosc. comœd. *Amplius sunt sex mensis.* ibid. *Amplius triennium est:* ibid. *Triennium amplius in adversariis jacere pateris.* Plaut. Epid. *Plus jam sum libera quinquennium.*

Quam Deest & *Quam*, post aliqua comparativa. *ante.* Virg. *Tristior, ac lacrimis oculos suffusa.* Et, *Faciam te certiozem, subaudi, quam antea eras.* * *Nec audiendus est Quintilianus, & alii, qui putant, comparativum posse accipi pro positivo.* Terent. *Liberius vivendi fuit potestas,* supple *quam antea.*

Quam Docent Grammatici, quasdam esse comparationes obliquas, vel improprias; ut, *pro.* *distor opinione, tristior solito, cogitatione citius, calcens major pede.* Sed in his, & similibus † *credi-*

* *Nec audiendus est.]* Vide & supra pag. 161. & quæ nos istic noravimus.

† *Crediderim deesse quam etc.]* Non male hoc quidem, sed tamen & illa solennis Comparationi Ellipsis præpositionis *Præ.* statui in his quoque potest ac debet. Vide me ad pag. 35 136. Nec ulla est ratio, quare hic admittere nolimus illam, quam vocant Grammatici obliquam, comparationem, cum sæpe in aliis locutionibus manifeste deprehendatur. Veluti apud Justin. I. 7. *Nullus tamen fortuna Candaali comparandus.* Sall. Jug. 85. *Comparati enim cum illarum superbis me hominem novum.* Vid. Gronov. Observ. IV. 8. Immo vero dantur hujus locutionis seu comparationis exempla, quæ respiciunt supplementum ab Auctore propositum, nec aliud recipiunt, quam usitatum illud *Præ.* Sallust. ad Cæs. *Ita sibi quisque alterius potentia certior erat.* Neutiquam potest hic intelligere *Quam pro,* sed necessario debes *Præ.* Sic ergo & *distor opinione* est idem ac *præ opinione,* seu *quam est opinio hominum;* quod utrumque eodem sensu & æque recte dicitur.

diderim deesse; *Quam pro.* Cic. 13. Philip. Plus etiam quam pro virili parte obligatum puto. Livius lib. 10. dec. 3. Major quam pro re letitia: idem lib. 1. dec. 3. Pluribus ignibus quam pro numero manentium factis: idem lib. 5. decad. 3. Major quam pro numero hominum editior pugna. Q. Curtius lib. 5. Ventus majorem quam pro flatu sonum edebat. Integre itaque dicemus; vestis major est quam pro corpore; calcens laxior est quam pro pede, *vel quam præ pede.

Particula *Tamen*, adversantem aliam desiderat. Cicero pro Arch. *Qui sedulitatem mali potest duxerit, aliquo tamen premio dignam, id est, quamvis mali: idem pro Mil. Qui nondum libera civitate, tamen populi Rom. comitibus liberatus est: idem in epist. Tamen à malitia non discedis. Val- la lib. 2. cap. 4. Vide, Tamen.*

Horat. *Nec verbum verbo curabis reddere fidus Interpres, id est, quasi fidus; hoc enim est officium fidi interpretis, ut verbum verbo reddat: idem; vixisset canis immundus, id est, quasi, tanquam, seu, veluti canis. Vide, Tanquam.*

Catull. in Phasello; *Læva, sive dextera, pro, Sive, sive læva, sive dextera. Hor. Cantamus vacui, sive quid vivimus: idem; Quo non arbuter Advia major, tollere seu ponere vult freta: idem; Et Sibehnelus sciens pugne, sive opus est imperitare equis, [Propert. 2. eleg. 26. Seu mare per longum mea*

* *Vel quam præ pede.*] Hoc vero ineptum, nec ullum habet sensum. At cum dicitur *Calcens est laxior quam pro pede*, sensus est, calcens est laxior præ ea mensura, ad quam esse debebat latus pro pede, seu pro pedis magnitudine, h. e. ut aptus sit pedi. Auctor noster confundit in Comparisonibus *præ* & *pro*, tanquam ejsdem, licet revera diversæ istius significationis præpositiones, Vide & supra pag. 135. & quæ ibi notavimus,

Quam-
quam.

Quasi,

25 CO-

„ cogitet ire puella, Hanc sequar. Et fidos una aget
 „ aura duos. Ubi seu, semel tantum ponitur,
 „ * & significat, etiam, sicut vel, semel po-
 „ situm. Vide, Vel.]

Sed. Horat. Qui sit Macenas, ut nemo sua sorte con-
 tentus vivat, laudet diversa sequentes? pro, sed
 laudet: idem; Multis ille quidem flebilis occidit,
 nulli flebilior quàm tibi Vergili, pro, sed nulli:
 idem in Arte; Ex noto fictum carmen sequar, ut
 sibi qui vis speret idem, sudet multum, frustra que
 laboret, ausus idem; pro, sed fuder.

Si. Horatius; Decies centena dedisses huic parco,
 subaudi si dedisses. „ [Carullus; Utor tam bene,
 „ quam mihi pararim, subaudi si. Plaut. Pseud.
 „ Si mihi dare vis pecuniam, magis erit soluta,
 „ quam ipsi dederis, pro, quam si. Lucretius;
 • Scipio ossa dedit terra, proinde ac famul infimus
 „ esset, pro, ac si: idem lib. 6. Ubi se quisque
 „ videbat Implicitum morbo, morti damnatus ut
 „ esset, pro, ut si esset damnatus.] Cic. par-
 rad. Poscit, dandum; ejicit, abeundum; mina-
 tur, extimescendum; id est, si poscit. Te-
 rent. Negat quis, nego; ait, ajo: idem Phorm.
 unum cognoris, omnes noveris: idem Heaut.
 Rectum est, ego ut faciam; non, ut deterream,
 id est, si rectum est, ut ego itidem faciam; si
 non est, ut te deterream: sic enim ego ante
 Faernum dispunxi. Horat. i. Carm. Sapias,
 vina liques, id est, si sapias.

Sic. Horat. epist. 18. Ut matrona meretrici dispar
 erit, atque discolor, infido scurra distabit amicus,
 id

* Et significat etiam] Immo aliquid amplius. Scilicet ponitur pro Vel si, h. e. etiam si, licet Sic Vel si apud Cicer, Famil. V. 12. Quæ vel si nulla sint, nihilo sunt tamen obscuriores clari Viri, Jam ex Vel si composita & contracta sunt si ve & seu.

id est, sic infido: idem Satyr. I. *Dives, ut mentiretur nummos*, id est, sic dives, vel ita dives, ut infra; *ita sordidus, ut se*, &c.

Terent. Adelph. *Quaquam est scelestus, non committere hodie iterum ut vapulet*, id est, non tamen committeret, „ [Virgil. *Quod cum me saepe rogaret, Non tulit Antigenes, & erat tum dignus amari, pro, & tamen erat.*]

Tamen.

Apud Horatium, „ [& Virgil.] *sæpè, & elegantissimè deest, Tanquam, vel quasi.* „ [Virg. „ I. Æneid. *Ipse ignotus, egens Libya deserta peragro: ubi Servius; deest Quasi: nam contrarium est, quod paulo prius de se dixerat Æneas; Fama super æthera notus. Facit autem hoc frequenter Virgilius, ut hanc particulam subtrahat; ut, Medias inter cædes exultat Amazon, pro, quasi Amazon: nam Camilla Volscæ fuit.]* Hor. Oda. 7. lib. I. *Sic tu sapiens finire memento tristitiam: epist. 2. lib. I. Quasi cum socius stultus, cupidusque bibisset, id est, tanquam stultus; Ulysses enim non dicitur stultus: Ode 26. l. I. At tu nauta vaga ne parce malignus arena particulam dare; id est, tanquam malignus: Ode 13. libro 4. Ludisque, & bibis impudens: epist. 15. lib. I. Quod me Lucane juvenem commendet amica, id est, tanquam juvenem; nam senex erat: lib. I. epist. 2. Vivendi qui rectè prorogat horam, Rusticus expectat dum defluit annis, id est, tanquam rusticus. Vide, Quasi.*

Tanquam.

Vel.

Vel particula, sæpè subtrahitur, ut diximus in particula *Aut*. Sed aliud habet etiam elegantioris considerationis: nam quum dicis; *vel stultus hæc intelligeret; vel Priamo miseranda manus; deest aliud vel, * ut fit; vel Priamo,* vel

* *Ut sit, Vel Priamo*] Potius, *Vel aliis, vel etiam ipse Priam.*

vel aliis hostibus. Scio Donatum accipere
Vel, pro, *Etiam*: Budæus in commentariis
 exponit pro, *Nam*: Donatus rursus in Phor-
 mione pro, *Saltem*. Ego vero, cui unius vocis
 unica semper est significatio, semper disjun-
 gentem particulam assero, & alterum *Vel*,
 deesse confirmo. Hoc præclare elicies ex Per-
 sio Satyr. I. *Nemo hercule*, inquit, *leget hæc*,
vel duo, *vel nemo*. Terentius Eunuch, *Hanc tu*
mibi vel vi, *vel clam*, *vel precario fac tradas*:
 tolle hinc duo *vel*, & remanebit Donati ex-
 positio, pro *Etiam*. Cic. Q. Fratri; *Sunt ista*
quidem vel magna, *vel potius maxima*: tolle al-
 terum membrum, ut in sequentibus. „ [Pro-
 „ pertius 2. eleg. 3. *Digna quidem facies*, pro qua
 „ *vel obiret Achilles*, *Vel Priamus*. Si tollas duo
 „ postrema verba, videbitur *Vel*, significare
 „ *Etiam*. Plaut. Merc. act. 2. sc. 2. *Vel ut scias*
 „ *me amare*, *cape cultrum*, *seca digitum*, *vel au-*
 „ *rem*, *vel nasum*, *vel labrum*, *non me movebo*,
 „ *nec secari sentiam*: & Pseud. act. I. sc. I. *Tuum*
 „ *tangam patrem*. CA. *verum si potes pietatis cau-*
 „ *sa*, *vel etiam matrem quoque*] Horat. in Ar-
 te; *Multa senem circumveniunt incommoda*, *vel*
quod Quarit, & *inventis miser abstinet*, *ac timet*
uti; *Vel quod res omnes timide*, *gelideque mini-*
strat: idem lib. 3. Ode 24. *Vel nos in Capitolium*,
quo clamor vocat, & *turba faventium*; *vel nos*
in mare proximum gemmas mittimus: ibidem O-
 de 29. *Cras vel atra nube polum pater occupato*,
vel sole puro. Itaque particula *Vel*, sola poni
 non

Priamo hosti. Nam hæc locutiones, in quibus *vel*, so-
 lum ita emphatice ponitur, accipiendæ sunt & supplendæ
 ad exemplum istius Tulliani; *sunt ista quidem vel ma-*
gna, *vel potius maxima*; & Plautini: *Vel etiam matrem*
quoque Vide Neque.

non potest, nisi aliud *Vel* intelligatur. Vide, Sive, „ [& Neque.]

Quintil. *Pro patre mori possum, coram patre non possum: deest verò, vel autem.* Terent. *Traditus sum mulieri, illa illico ubi me accepit, &c.* Cic. *Hæc morum viria sunt, non senectutis.*

Horat. *Ad unguem factus homo, * pro, usque ad unguem.* Virgil. *Si non exosus ad unum Trojanos; & ad unum omnes occidit.*

Terent. Heaut. *Ejus anus causa, opinor, que erat mortua, id est, ut opinor.* Cic. Tusc. *Niobe fingitur lapidea propter æternum, credo, in lætū flentium.* Pessimè Linacæ hîc supplet, credo quòd propter: † nihil enim tam barbarum est apud Latinos, quàm, dico quòd, sequitur quòd, intelligo quòd. Deest &, *Ut*, in illis; volo facias; nolo dicas; velim desinas; rescribas ad omnia rogamus, & in illis; *Sine veniat; sine faciat.* Terent. Eunuch. *Sine ut veniat.* „ [Deest „ etiam *Ut*, in hoc Terentii, Eunuch. act. 2. sc. 2. *Næ tu istas faxo calcibus frustra insultabis.* „ * Prisci enim, *Ut*, promiscue cum indicativis, & subjunctivis verbis, quæ vocant, „ jungere solebant, cum aliud nihil significet, „ quam *Quomodo*. Itaque apud eundem Terentium legimus; *Fam faxo hic erit.* Et Plaut. Epid. act. 1. sc. 2. *Fam faxo hic aderit: idem Cas. act. 5. sc. 2. Faciam corvebunt qui audierint: & Epid. act. 5. sc. 2. Ego faxo scies hoc ita esse.*

L 1

„ In

* *Pro, usque ad unguem*] Vel, ad sustinendam probationem unguis, h. e. accuratissimam. Vide Perf. Sat. l. v. 65. & ibi Casaub.

† *Nihil enim tam barbarum est.*] At Vide sis, quæ pro ista locutione disputavimus pag. 362. & seqq.

* *Prisci enim ut &c.*] Potius crediderim in his locutionibus Faxo poni simpliciter pro, ut faxo, sicuti sæpe credo, opinor, pro ut crede, ut opinor.

Verò

Usgue

Ur

„ In his deest *Ur*, quod exprimitur *Afinar*.
 „ act. 5. sc. 2. *Faxo ut scias, quid periculi sit, id*
 „ est, ita faciam, quo modo scies, vel scias:
 „ *Poen. act. 5. sc. 3. Ego faxo hospitium hoc levi-*
 „ *ter laudabitis*, id est, ad eum modum faciam
 „ hospitium, ad quem modum vos leviter il-
 „ lud laudetis, vel laudabitis: *Bacch. act. 3.*
 „ sc. 4. *Ego faxo haud dices nacltam, quem derideat:*
 „ & act. 4. sc. 8. *Faxo se haud dicat nacltam,*
 „ *quem derideat: Amph. act. 5. sc. 1. Magis jam*
 „ *faxo mira dices: Rud. act. 5. sc. 2. Jam faxo*
 „ *exibit senex.*

Ut an-
ze *Ne.*

Horat. 2. Serm. *Ne faciam, inquis, omnino*
versus, id est, ut ne faciam. Male Adrianus
Cardinalis docet, ut ne, idem esse quod, ut:
Imo semper in his formis, carve ne dicas; moneo ne
facias; da operam ne veniat, deest Ur. Cicero 3.
Verr. impetrant, ut ne jurent: ad Q. Fratrem li-
bro 3. opera datur, ut judiciana fiant: idem Bruto
lib. 13. Ut ne quid meorum tibi esset ignotum, anim-
advertente operam dare. Terent. Hecyr. Nempe ea
causa, ut ne id fiat palam, idem And. Principio,
ut ne ducas. Itaque dicimus eodem sensu: carve
cadas; carve ne cadas; carve ut ne cadas.

Utinam. Catull. *Tecum ludere sicut ipsa possem, * supple*
utinam. Virgil. Troum arma secutum Obruerent
Rutuli. Ovid. in epist. Me quoque qua fratrem
maclastes improbe clava. Tibul. Tunc mihi vita foret.
 „ [Sic, in *Peream si, Dispercam nisi, subauditur*
Utinam.]

De

* *Supple utinam*] Immo etiam amplius, hoc modo: *Res*
ita est, ut velim, ut possem, seu utinam possem. Vide me
supra pag. 64. extr. & 348.